Occasione mortis R. A. P. N. Provincialis Fr. Ferdinandi de Montenegro Magistri, quae accidit in [illegible] definitae die huius anni 1739, in 3° anno sui Provincialatus: quaeritur: Et capitulum Provinciale electionis possit protrahi ultra Dominicam Deus qui errantibus eiusdem anni 1739, quae erit die 16 Maij: an vero electio debeat fieri praecise sabbatho antecedenti 15 Maij.

§. 1. Notabilia ex constit: et iuribus peculiaribus Prov. Hispaniae.

n. 1. Mortuo vel amoto Provinciali, locum eius gerit ut Vicarius Provinciae Prior illius conventus, in quo capitulum Provinciale est celebrandum. Quod si non est electus, aut non est confirmatus, hoc spectat ad Priorem actualem illius conventus, in quo proximum capitulum fuit celebratum: sed hoc praecise quousque in conventu in quo est celebrandum, sit Prior electus et confirmatus. Ex constit. d. 2. cap. 3 text. 11, ut exponitur et declaratur in Cap. Gen. apud Fontana de elect. Prov. n. 1. V. Prior Martyr v. Vicarij Provinciae: et Passer de elect. cap. 36 n. 29, hoc tamquam indubitatum statuunt, et merito: licet aliqui nunc voluerint dubitare, eo quod non acceptaverat adhuc Prioratum Lucense R. A. P. M. Fr. Arias, Vic. Regni Galleciae, et confirmatus per Lucensis, adhuc in Gallecia existens, quando accepit nuntium mortis Provincialis.

2 Hic vicarius tenetur convocare quantocius (dicitur in text. 1 laudati cap. 3 constit.) potentes electores; et in die ad eligendum assignata Prior Provincialis eligatur, vel postuletur, et Provinciale Capitulum celebretur, nisi prius celebratum fuerit. Et additur, quod si in die statuta non elegerint, vel postulaverint, vel intra annum, postquam eis constiterit vacantia, non elegerint, devolvitur ad Magistrum ordinis. Explicatur autem illud adverbium Quantocius per Cap. Gen. Romae 1629 ord. 20 apud Fontana ibidem n. 2, scilicet cum primum constiterit mors vel amotio Provincialis, vocato duodecim, vel ad minus octo Patrum Gravium Provinciae consilio, tempus locum, et cetera ad futuram electionem spectantia determinabit. Quo circa quantum ad congregandum istorum Patrum consilium nullas inducias habet, sed illico a notitia mortis debet eos congregare: et mensis assignatus in eadem ordinatione est pro inductione Capituli intimanda toti Provinciae, dum sic dicitur: Teneatur Vicarius Provinciae infra mensem inducere futuri Capituli Provincialis convocationem. Utrumque autem ei praecipitur sub poena absolutionis ab officio ipso facto incurrenda. Sed tamen hic mensis, ut in simili notat Passer. ibi n. 23, ex dictis ab ipso cap. 13. n. 23 et 24, est utilis: idest detractis diebus legitimi impedimenti, et a die notitiae mortis. Cum ergo in praesenti casu, haec notitia ad R. A. P. Vicarij non pervenerit usque ad diem 10 Februarij, ut asserit in litteris, per quas convocat Patres ad consilium habendum Vallisoleti die 8 Martij, a tali die 10 computandus est mensis, detractis diebus itineris a Compostella usque Vallisoletum: in quo nec nimio rigore erit procedendum.

3 Haec dicta sunt de vicario iure ordinario succedente: nam ex textu 2. laudati capituli III datur facultas Magistro ordinis aliter instituendi Vicarium Provinciae: per illa verba: vel Magister ordinis ~~aliter~~ vel capitulum Generale aliter ordinaverit. Cui vicario sic instituto incumbet agere praedicta: et ut dicitur ibidem textu 6. habet vocem in illa electione, si ex eadem sit Provincia, secus si ex alia Provincia instituatur, ut [illegible] nisi; nec vocem activam haberet: ut satis patet ex constit. Sed si sint ex eadem Provincia, nedum in illa, sed etiam in aliis sequentibus habent vocem activam, [illegible] Passer. ibi n. 17 ex [illegible]. Ex qua tamen

hoc nullo modo colligitur, sed potius oppositum, cum procedat satis de electione dicta: non ergo extenditur ad seqq. Hoc quoad gubernationem, ante Capitulum.

4 In ipso autem capitulo ipse praesidet, si ibi adest. Si vero praesens ... [illegible] sed aliqua ex causa capitulo Provinciali non interfuerit, praesidet Prior conventus ubi ultimum capitulum fuit celebratum. Sed finito capitulo Provinciali gubernatio redit ad Priorem conventus, ubi noviter capitulum electionis ... [illegible] tratum. Hoc habentur ex iure communi ordinis: iuxta quod nec est ... [illegible] nis conventus, nec statuta determinata dies, pro electione Provinciales, nec pro Provincialibus.

5 Ex Bulla autem Innoc. VIII, quae habetur originalis sub plumbo ... [illegible] cd, et est in compendio Nolani, cuius etiam meminit Illustr. Araujo in decision. Ecl. tract. 3 q. 32 dif. 3 n. 20, expedita anno 1488, quod Provincialatus Triennales, praescribitur capitulum electionis in dominica Deus qui errantibus ... incipiat triennium usque ad similem Dominicam. Sed excipitur casus ... in quo quantocius celebretur iuxta constitutiones ordinis.

6 Factis autem quadriennalibus, ad petitionem Provinciae Paulus IV ... 1557 expedivit Breve, quod extat Salmanticae, et cuius etiam meminit Araujo ibid. quo concedit, quod electus etiam ante confirmationem in omnibus et per omnia ... tret. Concedit etiam facultatem Provinciae, ut assignet diem pro electione Provinciali: addens, quod si in ultimo anno sui quadriennij defecerit, electio fiat statuta: sin, a, antea: et commode non potuerit illo eodem anno ... fieri in die statuta, differatur ad diem statutam anni sequentis. Quod ... acceptatum fuit in Capitulo Segoviensi 1559: et pro illud assignata dies ... nica Deus qui errantibus.

7 Licet aliquo tempore in hac Provincia intermissum fuerit capitulum ... ciale medium: magis regulariter habitum fuit, sicut et modo habetur, ... cap. a. Provinciali Abulensi 1598 concordatum est cum Exc.^me Comite Benavente Dano, ut habeatur semper in conventu Benaventano, tale capitulum ... quod ex concessione Clem. VIII gaudet in omnibus auctoritate et facultate ... Provincialis, licet non deveniant omnes iure gaudentes et voce in capitulis Provincialibus. Haec, a, concordia, per quam applicantur conventui Benaventano ... ducata annua pro his capitulis intermedijs in compensationem sumptuum ... nis aedificandi in villa de Cigales, confirmata fuit per Paulum III. Et ... ~~Hanc~~ declarationem in Cap. Provinciali Benaventano 20 Aprilis 1625, ut ... ex actis: ~~H.~~ Denuntiationes ultima, quod mortuo vel amoto Provinciali ante convocationem Benaventanam, Capitulum electionis spectat ad praefatum conventum: ... cuius Priorem spectare ius vicariatus Provinciae. Et ita accidit, et sententia ... post Lisbon, in morte R. A. P. Mag. Fr. Thomae de Bustamante in 1.^o anno sui Provincialatus: 1696: nam electio Mag. fr. Andreae Carrillo Dominica Deus qui errantibus 1697. fuit celebrata in conventu Benaventano: et quod magis est etiam congre... sequens eadem Dominica die 25 Aprilis: ut patet ex actis. Quod iuste determinata certe factum est, ut electiones ordinariae fierent in conventu Taurensi, ... diuendi.

8 Anno 1627. ad petitionem Provinciae factam Rmo Magistro ordinis, authoritate Apostolica designatus est conventus Taurensis pro electione Provincialis, eo quod velut medius exstiterit, et commodior omnibus. Ita patet ex literis Rmi. Seraphini Sicci dat. Romae illo anno 23 sept: et acceptatis de insertis in actis eiusdem cap. Prov. Benav. 1625. ad calcem: in assignatione capituli futuri. ~~Ibid~~ In quibus literis simul dicitur, quod licet hoc posset dispensare Rmus

9 Mag. ordinis ~~ad~~ ad petitionem Provincialis, et definitorum = Utrum hoc debeat fieri in ipso definitorio, potest esse dubium: quia cessante, in ordine iam non sunt Difinitores. Probabile tamen videtur, quod si postea causa adesset, sufficeret quod peterent, qui definitores fuerant. Et probatur. Quia in ipso capitulo electionis possent petere: sicut multis temporibus in ipso assignabant capitulum futurum electionis. simul cum assignatione congregationis intermediae, ut patet ex actis capituli Taurensis 1627, et aliis sequentibus: sed tunc durabat vacatio Provincialis, et per ampliationem in iure, ut sit proprie talis post confirmationem: ergo simili ampliatione possent intelligi Difinitores, qui fuere, quoad hunc effectum. Pro assignando autem capitulo intermedio in alio conventu, multo magis requiritur dispensatio; sed sufficit illa licentia Excmi Comitis Benaventani, in cuius gratiam ordine illa concordia confirmata est a Paulo III, qui proinde potest cedere: et ita practicatum est, existente Provinciali Rmo Mag. Fr. Petro Albarez de Montenegro Regis catholici a Sacris Confessionibus: et R. A. P. Mag. Fr. Bernardo Cano, in quorum gubernio translata est ad conventum de Atocha, ut Rmus posset commode accedere: et ad conv. de Ocaña, quia propter senium non poterat Canus longius progredi: et in convocatoriis inseritur licentia Comitis Benaventani. Ad ea, a, quae ex decreto Sacrae sunt ficta, necessaria est dispensatio Apostolica, vel Nuntii Apostolici. Qualiter autem Provincia in casibus contingentibus se gesserit, constabit ex dicendis §. seq.

§. II. Statuitur conclusio resolutiva.

Tenetur vicarius inducere capitulum Provinciale electionis ad Dominicam Deus qui errantibus proximam huius anni 1632: nec Patres ab eo congregati possunt licite committere, ut longius protrahatur capitulum electionis.

Probatur 1°: quia si longius distaret haec Dominica: ita ut iuxta concessionem communem et prudens arbitrium boni viri, non verificaretur Cum quantocius ex nostris constitutionibus visus n. 1, deberet ante talem Dominicam celebrari capitulum: dum ergo modo illa Dominica accedit tempore congruo, non est arbitrium, ut longius protrahatur. Antecedens refertur decisum a PP. Provinciae, et consilio eorum congregato Segoviae occasione mortis R. A. P. Didaci de la Fuente Provincialis in 3° anno sui Provincialatus 1630, ut patet apud Illustr. Araujo, altero ex congregatis, loco laudato ex decisionibus suis. Hoc etiam ~~[illegible]~~ suadetur fundamenta ab ipso adducta: quae sic possunt exponi. Ut est communis Doctorum sententia, vitanda est correctio legum; sed lex etiam Pontificia est, extans in nostris constitutionibus, cum textus earum ex lege Pontificia robur habeat: et per hanc praescribitur quantocius fieri electionem Provincialis: ergo sic intelligenda sunt sequentes leges = 2° Per Bullam Innoc. VIII pro hac Provincia, excipiebatur casus mortis: ergo licet expresse non excipiatur in Brevi Pauli IV, ad talem sensum debet intelligi = 3.° Ubi per nostras constitutiones aliquid non determinatur, debemus recurrere ad determinata per ius commune.

AVSA

Canonicum; fortiori ratione, ac q[uo]d n[on] determinatur per ius canonicum, recurri[tur ad] ius civile, ut decidit[ur] Cap. t. De novi operis nunciatione; sed in iure canonico [deter]minatur triennium pro electione Prelati, ut patet Cap Ne pro defectu. De ele[ctione] et assignatur ratio; ne pro defectu Pastoris Dominicum gregem lupus invadat[:] ratio q[uae] que militat in Provincia vidicata Prelato proprietario, etiam si adest vi[carius] q[uo]d etiam in ecclesia viduata Episcopo ponitur interim vicarius: ergo non potest protrahi electio; nisi parum, ut modo accidit

Sed ultra hoc e[st] Breve Pauli IV ut vidimus n. 6, in quo satis expresse statu[itur non] posse protrahi electio ultra annum: nec potest negari, q[uo]d Papa potuerit de[rogare et immu]tare n[ost]ras constitutiones: quas voluisse alterare, probat, q[uo]d ita determinat: non [ob]stantibus constitutionibus ordinis vestri.

Replicatur tamen ab Illustr[issimo] Araujo: 1[o] q[uo]d n[on] derogat exp[res]sate constitutioni nostrae. Quam probationem minus efficacem reputo, q[uo]d infert illa vniu[ersalis] efficaciter replicatur: q[uo]d non derogatur constitutioni Inno[centii] VIII, in qua conceptum ca[...] Dei: ergo in suo robore manet, non data, q[uo]d ipsi Papae non proposita, et aliunde [...] maior iure communi = 2[o] q[uia] ut patet ex actis cap[ituli] sequentis 1559, simpliciter accep[tatum] fuit Breve: nec tamen inseritur actis, ut solebant maxime illo tempore in[...] cessa in favorem Provinciae: sed expresse acceptatione, additur, q[uo]d 20[a] illud assignat[ur] pro electione Dominica 2. post Pascha: ergo q[uo]d quoad alia nec repetitum[,] nec expresse acceptatum = 3[o] Quoad talem dilationem numq[uam] fuit posit[um in] praxi tale Breve: etiam si casus plurimi acciderent, in quibus mortuus [est Pro]vinciales aut ambo ante ultimum annum sui quadrienij.

Anno 1569 electus fuit fr Martinus de Ayllon (de quale dicitur ab Araujo) Prior Salm[anticensis] et ut talis praefuit illi Capitulo et subscribit actis. Renuntians tamen et Provinc[ialatum] cialatum: illico post acceptationem tales renuntiationis per superiorem, electus fuit Fr [...] cum dispensatione Nuntij. lus de Hontiveros: qui tamen non rexit per integrum quadriennium, sed [...] est eius quadriennium ab electione Martini de Ayllon: Et Dominica qui currunt [...] 1573 electus e[st] Provincialis V. P. M. Fr Petrus Fernandez ut patet ex actis.

Anno 1582 mortuo Provinciali, impetratum e[st] Breve Nuntij Apostolici, [Fr Ioanne de Triano electo anno 1584] ut in die 11 [...] et ... eligeretur Provincialis, ut electus fuit Fr Ioannes de las Cuebas, postea Episcop[us]

Illustrissimus fr Andreas Caso electus anno 1599, et habens Capitulum 1603, assum[ptus ad Episcopatum;] electio fuit in Dom. Deus qui err. 1605.

R. A. P. fr Ordaeus Lopez post cap. intermedium ~~moritur~~ anno 1645 celebrat[um] moritur: Eligitur successor fr Thomas de Bustam[ante] D[omi]nica D[eu]s err. 1646.

R. A. P. M. fr Thomas de Bustam[ante] electus 1646, octavo post mense moritur: Elig[itur] successor. D[omi]nica Deus q. err. 1647 M. fr Andreas Carrillo in Puente Benau.

R. A. P. M. fr Fran[cis]cus de Arayon post Cap. intermedium ab ipso celebratum 1661 moritur [...] 1662: celebratur Capitulum electionis Dominica 1[a] octobris, in quo fuit electus [...] fr Ioannes Martinez de Prado, et assignatur Cap. intermedium celebrandum Dominica qui errant 1665: si R[everendissi]mo P. Nostro Magistro ordinis bene visum fuerit, [...] R[everendissi]mo Magistro: ~~ita~~ [illegible] ~~est~~ remitte ~~a~~ esta provincia [illegible] [illegible] ~~de~~ [illegible] se junto [...] provincial de Hontiveros ~~del~~ año de 1569, ~~[illegible]~~ ... ~~pare~~ ~~q~~ ~~fueron~~ regulares ~~los~~ capit[ulos ...] [illegible] D[omi]nica Deus qui errantibus: y no ~~se~~ ~~prolongaba~~ la eleccion, sed quantocius fuerit[.]

R. A. P. M. fr [...] Almansa ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ ~~la~~ Dezan[a] ~~[illegible]~~ 1689: ~~[illegible]~~ 16 de [...] de 1690. et vel [illegible], ~~se~~ assignat[ur] cap[itulum] D[omi]nica Deus qui err. ~~de~~ 1691 [1692] ~~et~~ R[everendissi]mo Magistro [...] ~~[illegible]~~ post cap[itulum] intermedium moritur 31 Iulij. et vel congreg[ata ...] et assignatur cap. electionis D[omi]nica Deus qui err. 1683.